

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: [digibib.ub@uni-rostock.de](mailto:digibib.ub@uni-rostock.de)

---

Jakob Carmon

**Programma, Qvo, In Festo S. Michaelis, De Angelis Tutelaribus, Non  
Superstitiose Colendis, Sed Verecunde Reverendis, Ad Cives Academicos ...  
disserit**

Rostochii: Typis Joh. Jacobi Adleri, [1734?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004018096>

Druck    Freier  Zugang





T. 512.

1734. Michael.

A. 1256. 229.

PROGRAMMA,  
QVO,  
IN FESTO S. MICHAELIS,  
DE  
**ANGELIS**  
**TUTELARIBUS,**

*NON SUPERSTITIOSE COLENDIS,  
SED VERECUNDE REVERENDIS,*

Ad

**CIVES ACADEMICOS**  
O. O. HONORATISSIMOS.  
differit  
**Academiæ Rostochiensis**  
**RECTOR,**  
**JACOBUS CARMON,**

Phil. & U. J. D. Pande&t. P. P. FCtis Jurid.  
Senior hodieque Decanus, Ducal. Consist.  
Consiliar, & p. t. Director.



---

**ROSTOCHII,**  
Typis JOH. JACOBI ADLERİ, SERENISS. PRINC.  
& ACAD. Typogr.

M. 1256 229



Ngelorum Festum Ecclesiâ hodiè celebrante, mearum quoque partium esse, reor, de Angelis commentari, quod sacris vestris, CIVES ACADEMICI HONORATISSIMI! meditationibus hodiernis velut sive fundamentum supponi, sive objectum suppeditari queat. Ex amplitudine verò varietateque materialium hic occurrentium, quæ differendi materiam uberiorem suggesterunt, eam, quæ de Angelis tutelaribus est, feligere placet, & de illorum existentia munereque, & de nostro, intuitu illorum, debito, quantum fieri licebit, Vobiscum colloquuturo.

DEum Angelorum nos custodiâ beare, nullo modo nos dubitare, permittit toties de eâ nos certiores reddens sacer sacrarum literarum codex. Vel sola, que hodie DEO sacrate Christianorum Concioni publicè proponi sivevit, pericopa Evangelica testis illius esse potest certissima, quando Salvator ipse, Angelos pusillorum semper videre faciem Patris, qui in celis est, edicit *Matth. XIII. 10*. Ecce enim, quæso, pusillorum eos vocat Angelos, nisi quod curam eorum, tutelam atque custodiam agunt? siquidem nulla ulla denominationis istius alia ratio allegari poterit. Hortatus etenim erat, ut ne contemtui haberentur, vel offenderentur parvuli, cuius adhortationis eam subiectit causam, quod DEO tantæ curæ sint, ut Angelos suos iisdem addiderit custodes, quorum fruerentur tutela. Neu verò putas, solis parvulis ac junioribus Angelos tutelares à DEO datos atque concessos esse, cum per omnem hanc vitam jussu DEI nos custodian, in ministerium propter nos, æternam salutem hæreditaturos, emitti, cu[m] quam apertissimè restantur atque confirmant loca *Psl. XXXIV. & XCI. 11 12. Ebr. I. 14*. Ut angelicæ hujus hominum custodiæ passim Scripturarum commemorata exempla silentio prætereamus. Quid' quod post in orationem etiam nobis adhuc inservituri sint, animas nostras, quarum in hac vita comites extiterunt, in sinum Abrahæ deportaturi, i. e. ad æternæ beatitudinis περὶ cœlestiaque gaudia ducturi, exemplo patris illius Lazari, *Luc. XVI. 22*. Nulli proinde Christianum ullum de sanctorum Angelorum circa homines curâ eorumque tutamento dubium superesse poterit: e quo conficitur, eos haud temere vel perperam *Angelos tutelares* vocari. Tueri quippe non

olum

solum est protegere , defendere , hostilemve vim ab aliquo arcere ;  
sed etiam statum illius quâlibet ratione conservare , incolumitatem  
custodire , ac bonum promovere , sicuti vel sola *Tutelæ Tutorumque*  
nomina & officia condocere possunt . Quod igitur cum nobis præ-  
stent Angeli , quid prohibet , eos Tutorum nostrorum , felicet tan-  
quam DEI ministrorum , vel tutelarium Angelorum titulo appellari ? Nam & in hominum , civilibus præsertim , societatibus , vi-  
ris ab officiis , quæ gerunt quibusve præsunt , certas tribui denomi-  
nations titulosve , consuetum est . At verò circa tutelares Angelos  
quam multæ semper motæ sunt disputatæque quæstiones , quibus  
vel recensendis omnibus , multo minus singulis examinandis , vel otia  
suppetunt , vel charta . Cumprimis in iisdem proponendis ac evol-  
vendis operæ permultum impendisse reperiuntur isti homines , qui-  
bus à Schola peculiare discretivum nomen adhæsit , qui , sicut alii  
abstrusis in rebus ingenia sua laboriosè exercere soliti fuerunt ; ita  
non minus circa tutelares Angelos subtile multas , majorem par-  
rem otiosas & inutiles , necesse quæstiones allaborarunt , prout uni-  
uscujusque vel phantasia vel ingenium tulit , adeoque diversi-  
modè , decidendas & in ipsa eorum societate inter eos agitandas  
varièque disputandas . Alias ut silentii peplo involvamus : quærunt :  
Num unicuique hominum unus tantum Angelus tutelaris , an uni plu-  
res , aut pluribus unus , desuper concedantur , qui continuò homi-  
nibus singulis adsint , & satellitum quasi munere fungentes , eos ab  
infantia inde ad usque exitum ex vita hac undique perpetuèque co-  
mitentur ? Disputant nimis curiose de tempore , quandonam singulis  
sui assignentur Angelis tutelares , utrum id mox factâ conceptio-  
ne , in utero matris adhuc latentibus fiat , num inde egressis & sta-  
tim ac mundum hunc ingrediuntur ? an yerò tum demum , quando  
matrum & obstetricum ulnis gestari desiere ? Nolo hujusmodi ar-  
gutiolis superaddere plures , siquidem christiana fides ultra Scriptu-  
ram S. sapere velle prohibet , harumque rerum ignorantia , quam  
ut quam lubentissimè profitemur , tantum abest ut vitio nobis verti  
queat , ut laudi potius ducenda veniat , neque minima sapientiæ  
Christianæ pars aestimanda . Nam ,

*Quicquid non docuit patrii sapientia coeli ,*

*A quo animo nescire homines , inscitia docta est ;*

prudens est effatum Taubmannianum , inutili talismodi curiositatî  
meritò opponendum . Satis sit nobis potius , DEum , cœli terræque  
Rectorem , Angelos nobis tutelares mittere , sive singulis unum sive

) ( 2

plures ,

plures, prout ejus sapientiae ac infinitae bonitati placuerit, cui nos istud committimus, eorumque nos custodiâ beare, quâ contra Satanæ, irreconciliabilis illius generis humani hostis, insidias, mundique technas protegimur atque defendimur, tot â nobis mala avertuntur, tot nobis bona conferuntur, pro quibus omnibus æternas ipsius æternæ benignitati grates debemus. Nec committendum quidpiam est, quo nos Angelorum tutelâ indignos præstemos. Id quod etiam futurum, si quem DEO, Angelorum Domino, propterea debemus honorem, Angelis ipsis, ceu ministris illius, exhiberemus.

Verum, hoc alterum illud est, de quo differere hac vice mecum constitui, videlicet, Angelos tutelares non superstitione collendos, sed reverenter verendos esse. Pontificiorum Sacris additioni qui sunt, non Sanctis solum hominibus, sive vere talibus sive fictis & à Papa Romano tantum pro talibus declaratis, seu, veluti loquuntur, canonizatis, sed Angelis quoque, cum primis tutelari cuiuslibet Angelo, cultum exhibere planè religiosum, multa cum superstitione refertum, tam notum omnibus est, ut notius quidquam, inter eruditos minimum, esse vel dari nequeat. Posteaquam enim semel decrevit Ecclesia Romana, singulis tam populis Rebusque publicis suos assistere proprios Angelos tutelares, non in levem illa res superstitionem conversa est. Nolumus nunc, quæ dici heic possent, omnia singulaque proferre, quippe quod præsentis scriptio mensuram excessurum esset, iis solummodo contenti, quæ tutelaris Angeli superstitionem, apud Pontificios vigentem, â nobis autem vitandum cultum spectant. Detestandus enim est, & à Gentilibus dubio procul acceptus mos, quod unusquisque suum, quem opinatur, Angelum tutelarem adorationis cultu prosequuntur. Id quod equidem in Laicis, quos ipsi vocare amant, tolerabilius videri posset, siquidem in illis, quicquid est hujus rei, peccatum ignorantiae ducendum est, cuius culpa penes Doctores eorum magis, ac in illis ipsis, residet: ast à Clericis ipsis cultum hunc peragi, aliisque non tam persuaderi, quam ceu necessarium præscribi, hoc sane DEO non potest non esse abominationi. Quod ne gratis asseruisse, vel Adversariis nostris aliquid affingere videamur, age, unam alteramve, queis Angelum tutelarem quotidie compellare homines docentur, precandi formulam, ex receptis & approbatis in eorum cœtu libellis precatoriis, allegabimus, ex quibus de accusationis hujus veritate judicari queat. Prostat, oratiunculas complures, si non idolatriam, crassam certè superstitionem sapientes, complectens libet

liber, *Hortulus anima*, inscriptus, quas inter & hæc ad Angelum tutelarem dirigenda fol. XCVII. præscribitur: Obsero te angelice spiritus: Cui ego indignus peccator ad providendum commissus sum: ut ndesinenter protegas: defendas: munides: munias me ab omni incursu diaboli: vigilantem: dormientem: ac ubique fvero: repelle a me per virtutem sanctæ crucis omnem tentationem satanæ: & quod mea non exigunt merita: tuis precibus, obtine apud altissimum judicem: ut nihil loci in me habeat. Cumque per abrupta vitorum me deviasse videris: per semitas iustitiae, ad salvatorem meum reducere me satagas. Et in quacumque tribulatione: vel angustia me esse prospexeris: auxilium DEi omnipotentis tuo obtenu & precamine mihi adesse sentiam. Precorte, mi custos, si fieri potest: notum mihi facias finem meum: diemque obitus mei. Et cum de corpore eductus fvero: non permittas, me malignos spiritus terrere: neque in foveam desperationis deducere. Non dimittas me, angelice spiritus, donec ad visionem ipsius conditoris mei perducas me: ubi simul ego pro opere, & tu pro custodia: una cum beatissima DEi genitrice: cum omnibus sanctis, Domino adjuvante, lætemur, Amen. Est & præterea, prout iterata cebrius editio, & aliquot centenæ myriades impressorum exemplarium testantur, è communissimis in Ecclesia Papæ libellis Oratoriis, qui sub Gertrudis atq; Mechtildis nominibus circumfertur, cuius decimam editionem (quæ nobis ad manus) Colon. An. 1684. curavit. P. Mart à Cochem, Capucinus, hunc gerens speciosum, aut, ut convenientius dicam, superstitionis titulum: Auserlesenes Geistreiches Gebet-Buch, darin neben anderen andächtigsten Gebeten auch viele begriffen seyn, welche Christus selbst von Wort zu Wort den beyden Heil. Schwestern Gertrudi und Mechtildi, offenhahrt, und (gleich wie seine Apostolen das Batter unser) gelehrt: wie auch mit grossen Gnaden zu belohnen versprochen hat. In hujus Part. I. precationes matutinas continente, p. 4. legitur: Ein Befehlung zu der Mutter Gottes und seinem H. Schutz-Engel, cui hæc inserta sunt: Dich, o mein H. Schutz-Engel sehe ich zu einen Wächter und Beschirmer meiner Seelen, daß du den ganzen Tag Sorge über sie tragen, und für aller Sünde bewahren sollest. Auch bitte ich dich, daß du alle meine Gebete, gute Werke, Kreuz und Schmerzen, so ich diesen Tag thun und leiden werd, mit deinen H. Händen vor den lieben Gott tragen, und ihm zu seinem ewigen Wolgefallen auf die beste Weise, so du immer kannst, aufopfern wollest. Amen. Sed & Part. VII. p. 17. sq. separatum habetur: Gebett zum H. Schutz-Engel, sequentis tenoris:

O du glorwürdiger heiliger Engel, der du mir von der Stund meiner Geburt zu einem Beschützer von Gott bist gegeben worden. Ich dankte dir tausend mahl für alle die Wohlthaten, die du mir jemahl an Leib und Seel erwiesen hast. Ich lobe und benedeye dich, daß du dich würdigest mir armen elenden Creatur so treulich beyzustehen, und mir zu dienen. Gebenedeyet sey die Stund, in welcher du dich meiner zum ersten angenommen. Gebenedeyet seyen deine Gedanken und Erfindungen, mit welchen du mein Heyl zu beförderen suchest. Gebenedeyet seye deine Treue und herkliche Wohlmeynung, durch welche du mir so viele Gutthaten erzeigst. Zu Vergeltung aller treuer Diensten, welche du mir schon so viele Jahr lang geleistet hast, opfere und verehre ich dir das allersüßeste Herz Jesu Christi. Und bitt demüthiglich umb Verzeihung, wegen des vielfältigen Ungehorsams und Widerwärtigkeit, so ich dir so vielmahl erzeiget habe; und verspreche, dir hinsühro unterthaniger und dankbarer zu seyn. Endlich befehle ich mich auf ein neues in deine sichere Verwahrung, und in deinen kräftigen Schuh und Schirm: Bittend, daß du mich gegen allen Anlauff des Feinds wollest sicherlich behüten, und durch einen seiligen Tod zu den ewigen Freuden führen. Amen. Cujus farinæ plures hic allegari formulas, superfluum foret, cum ex istis plus satis intelligatur, quantopere quotidianus inter pontificios regnet Angelorum tutelarium cultus.

At verò, quantopere DEO, Angelorum Domino, iste displateat, obscurum nemini erit, qui cogitaverit, haud immerito Regem indignè iaturum, si quem sibi soli reservaverit, cultum Ministris suis exhiberi, suoque sic honori derogari, cernat. DEum cultum adorationis sibi soli vindicasse, notius est, quam ut egeat probatio. Quì ergo illi placere poterit, Angelis, Ministris suis, eum præstari? Quod agnoscens Angelus ipse, Johannem semet adoratum inhibuit ex ea causa, quod esset conservus ipsius, proptereaque DEum adorare justit, Apoc. XIX. 10 XXII. 8. 9. apertè satis indicans, non decere ministrum, honorem Hero suo debitum sibi arrogare, sicuti nec, eum adeò perverse exhiberi, conveniat. Quæ major ergo dabitur superstitione superstitione hoc Angeli tutelaris adorationis cultu? Nec potest Pontificiorum causam juvare certe roquin illis inter λατρείαν & δελεῖαν usitata distinctio. Haud enim eos fugere decebat, quod neminem Scripturas in authenticâ linguâ cum attentione legentem fugere potest, verba δελεύειν & λατρεύειν inibi synonymous habere significationem, quando de cultu religioso sermo fit, atque promiscuè usurpari. Quod licet collatione loco-

locorum ostendi posset, brevitatis tamen ergo sufficerit, unicum illum allegasse locum *Gal. IV. 8.* quando Galatis Apostolus exprobrat, quod ante conversionem ipsorum idola δελεῖας cultu prosequuti fuerint, τότε μέν, scribens, εκ εἰδότες Θεὸν, ἐδελεύσατε τοῖς μὴ φύσει γὰρ θεοῖς; quibus δελείαν iis, qui naturā Dii non sunt, exhibitam improbando, clare ostendit, hoc cultus genus vero summoque DEO tribui debere, nec Angelis convenire, quia Dii natura non sunt. Ut taceam, inter ipsos Jesuitas Moralium Doctores inveniri, qui δελείαν adorationis propriè dictæ speciem esse, concedunt, eo ipso crassam Angeli tutelaris cultui adhærentem superstitionem profitentes. Nec excusare vel imminuere hanc superstitionem poterit, quod ajunt, Angelum illum ut mediatorem vel intercessorem duntaxat invocari, & in subordinatione sub DEO. Præterquam enim, quod simpliciores homines istas scholæ subtilitates non capiunt, indeque suum Angelum tutelarem multâ cum superstitione colunt & adorant; frustrâ dicitur, Angelos à se ceu mediatores ac intercessores tantum coli, siquidem eos reverâ tanquam auxiliatores bonorumqne datores respiciunt invocantque. Testantur id quippe adductæ precum formulæ, quarum expressis verbis inhærendum est. Eloquitur illa precatiuncula jaculatoria:

*Angele, qui meus es custos, pietate paternâ  
Me tibi commissum serva, defende, gubernâ.*

En Angelum tutelarem, non mediatorem duntaxat & intercessorem, sed omnino servatorem, defensorem, gubernatorem. At ne quidem ut mediator vel intercessor Angelus tutelaris coli & adorari debet. Ecquis etenim illum constituit mediatorem nostrum? Rectius nos Paulus docuit, *I. Tim. II. 5.* *Unus Mediator DEI & hominum est, homo Christus IESUS.* Rectius item Johannes *I. Epist. II. 1. 2.* *Quod si quis peccaverit, Paracletum (Advocatum, Intercessorem) habemus apud Patrem, Fidem Christum justum & ille est propitiatio pro peccatis nostris.* Non vacat, istis diutiis immorari, nec opus erit, siquidem ex allatis quemlibet intelligere, reor, Angeli tutelaris superstiosum cultum omnino omnia à prudentiâ Christianorum vietandum ac omitendum esse.

Quandoquidem tamen ab Angelorum tutelarium, velut innuimus, ministerio tot ingentia nobis bona proveniunt, putandum non est, nullam prorsus eorum nobis habendam esse rationem. Sint superstitiones licet non colendi: sunt verecundè tamen reverendi. Ant omnia quidem

quidem DEo, qui propter nos eos in ministerium emittit, iisque nostri custodiam atque tutelam demandat, grates pro magno hoc gratiae dono dicamus, convenit, eosque nos erga ipsum geramus, ut ne iram ejus & indignationem in nos concitemus, qui sanctorum angelorum praesidio tutelaque nos privet. Nam cui non est DEi gratia, quoad eum neque locum habet Angelorum custodia. Quamobrem & ardenter quotidie rogandum est benignissimum Numen, ne tutelam Angelicam a nobis afferat, sed et contra malorum & hominum & Angelorum insultus nos heet. Sed & cavendum nobis est sedulò sollicitaque, ne tutelares illos spiritus peccatis a nobis abigamus. Quemadmodum enim gaudium est coram Angelis DEi super uno peccatore penitentiam agente, testante Salvatore ipso *Luc. XV. 10.* sic ex adverso tristitia coram iis non esse non potest, si hominem in peccata temere ruere videant. Sancti quippe dum sunt, non nisi eum sanctis conversari gaudent atque latentur, impiorum autem consortium fugientes. *Sicut fumus apes, sicut fator columbas abigit, sic Angelum custodem graveolens peccatum:* bene Basilius in *Psalm. XXXIII.* scripsit. Cum verecundia proinde reveremur eos, secundum Veterum illud: *In quovis angulo reverentiam exhibe tuo Angelo.* Hoc autem non solummodo fieri, quando a peccando abstinemus, sed in gradu longè majori ac illustri modo, quando virtutes eorum imitamur, a quo iuum quasi complementum nanciscetur Angelorum haec reverentia. Spatiosus hic se quidem aperit de virtutibus Angelorum differendi campus: at angustia chartæ eum ingrediendi viam quasi præcludit. Facere tamen non possum, quin duas, queis maxime delectantur, virtutes commemorem, in quibus præcipue Vos, qui Literarum Studiis operam navatis, Angelorum imitatores opto, castitatem puta, atque concordiam & cum omnibus pacem. Harum osor acerrimus impurus ille ac inquietus Spiritus, Diabolus est: Sanctis autem Angelis illæ deliciae sunt ut quam maximæ. Hos itaque sequamur, ne laqueis suis nos irretiat Diabolus, ex quo non nisi summum animarum sequi periculum potest. Sed sapientibus suæque saluti debitâ cum curâ recte consulentibus pauca! Pontificiorum superstitiones ad Angelum tutelarem directas precum formulas aliquot in superioribus audivimus. Nos autem cum Ecclesia, ab istis superstitionibus Divina gratia & ministerio Lutheri repugnatâ, ad DEum, Angelorum tutelarium Dominum eos ad nos emittem, preces nostras pro illorum custodia supplices dirigimus, conclusionis loco sic eum alloquentes: *Befiehl deinem Engel, daß er kommt, und uns bewahre dein Eigenthum: Gib uns die lieben Wächter zu, daß wir*  
*fürm Satan haben Ruh!* Amen!

P. P. SUB SIGILLO RECTORALI ACADEMICO  
In Festo S. Michaëlis,  
Anno MDCCXXXIV.





locorum ostendi posset , brevitatis tamen ergo sufficiens illum allegasse locum Gal. IV. 8. quando Galatis Apostolus quod ante conversionem ipsorum idola δελεῖας cultu erint, τότε μέν, scribens, εἰς ἐνδότες Θεὸν, ἐδελεύσασι δὲ τοῖς Θεοῖς ; quibus δελεῖαι iis, qui naturā Dii nobitam improbando, clare ostendit, hoc cultus genus que DEO tribui debere, nec Angelis convenire, quia non sunt. Ut taceam, inter ipsos Jesuitas Moralia veniri, qui δελεῖαν adorationis propriè dictæ specimen dunt, eo ipso crassam Angeli tutelaris cultui adhærationem profitentes. Nec excusare vel imminuere habemus poterit, quod ajunt, Angelum illum ut mediato ccessorem duntaxat invocari, & in subordinatione subterquam enim, quod simpliciores homines istas scholas non capiunt, indeque suum Angelum tutelarem multistitione colunt & adorant ; frustrā dicitur, Angelos àtores ac intercessores tantum coli, siquidem eos reverentia xiliatores honorumque datores respiciunt invocantque id quippe adducta precum formulæ, quarum expressissimum est. Eloquitur illa precatiuncula jaculatoria :

*Angele, qui meus es custos, pietate paternâ*

*Me tibi commissum serva, defende, gubernâ.*

En Angelum tutelarem, non mediato rem, duntaxat rem, sed omnino servatorem, defensorem, gubernatorem quidem ut mediator vel intercessor Angelus tutelaris c debet. Ecquis etenim illum constituit mediato rem nos Paulus docuit, I. Tim. II. 5. *Unus Medicator DEI & homo Christus Iesus.* Rectius item Johannes I. Epist. I. *Si quis peccaverit, Paracletum (Advocatum, Intercessorem apud Patrem, & Iesum Christum justum & ille est propitius nostris.* Non vacat, istis diutiis immorari, nec quidem ex allatis quemlibet intelligere, reor, Angelum perstiosum cultum omnino omnem à prudentiâ Christandum ac omitendum esse.

Quandoquidem tamen ab Angelorum tutelarium, ve ministerio tot ingentia nobis bona proveniunt, putandum prorsus eorum nobis habendam esse rationem. Si licet non colendi: sunt verecundè tamen reverendi,

